

@Pontifex_In

#OremusOmnes

11 Martius 2020

Vanitas, spiritus mundanus viam constituit quam diabolus offert ad recedendum a Cruce Christi. Poscamus a Domino gratiam ut iter decernamus Domini, id est Crucis, ab itinere mundi, id est vanitatis.

13 Martius 2020

Orare velim hodie pro pastoribus, quibus est populum Dei in hac tempestate comitandum: Dominus concedat illis virtutem et mentem ad instrumenta auxilii eligenda.

14 Martius 2020

Oremus hodie pro familiis angustum gerentibus, praecipue quae cum personis secus habilibus conversantur, ne tranquillitatem hac tempestate amittant et constantia ac laetitia progredi valeant.

15 Martius 2020

#OremusOmnes hodie pro iis, qui opere suo cursum societatis praestant: pro pharmacopolis, pro deservientibus in magnis nundinis, pro vectoribus, pro vigilibus, pro omnibus qui operam dant, ut vita socialis progrediatur.

16 Martius 2020

Adiuvet Dominus familias, ut novas significationes amoris detegant in his adjunctis, quae occasio sunt ad bonos animi sensus in familia ingenii ope denuo inveniendos. #OremusOmnes, ut necessitudines in familia semper in bonum floreant.

17 Martius 2020

#OremusOmnes pro senibus, qui hoc praeceps tempore magna solitudine laborant, aliquando cum timore. Hi dederunt nobis consilia, vitam, memoriam ... precatione provideamus illis.

18 Martius 2020

#OremusOmnes pro defunctis, pro iis qui propter virus exciderunt vita. Praecipus oremus pro illis, qui, publicae saluti operantes, vitam dederunt aegrotis ministrando.

19 Martius 2020

Per humiles gressus certosque progreditur fides. #Quadragesima

20 Martius 2020

#OremusOmnes pro medicis, pro operatoribus in valetudinariis, pro voluntaribus qui vitam suam in aliorum salutem impendunt. Et pro auctoritatibus et illis. quibus in hac tempestate decernendum est. Qui omnes columnae sunt quae his in aerumnis nos tuentur.

21 Martius 2020

Familias recolimus hodie prohibitas quin domo egrediantur, ut modum probe eloquendi excogitare valeant atque huius temporis simul superare angores. #OremusOmnes pro pace in familiis hodie, his grassantibus sceleribus, ac pro hominum ingenio.

22 Martius 2020

Oremus pro innumeris defunctis, qui, soli morientes, ne suis quidem valefacere possunt. Oremus etiam pro familiis quae nequeunt caros in transitu comitari. #OremusOmnes

23 Martius 2020

Oremus hodie pro illis qui propter universalem pestilentiam, cum operari nequeant, oeconomicis aerumnis incipiunt laborare, quod scilicet in familiam recidit. #OremusOmnes

24 Martius 2020

His diebus recesserunt medici, sacerdotes. Infirmorum ministri multi correpti sunt, cum aegrotis assederint. Gratias agimus Deo pro heroico eorum testimonio infirmis consulendo praebito. #OremusOmnes pro iis eorundemque familiis.

26 Martius 2020

In his diebus tantae passionis magna adest sollicitudo, sollicitudo senium qui in solitudine degunt, operariorum sine certo negotio ... sollicitudo uniuscuiusque nostrum. #OremusOmnes Dominum, ut praestet nobis fiduciam et fortitudinem.

27 Martius 2020

#OremusOmnes pro tantis qui de aliis sunt solliciti - de familiis scilicet sat cibo egentibus, senibus solis, infirmis in valetudinariis- atque sua student precatio, ut quodammodo opitulentur. Gratias agamus Deo, qui hos sensus in cordibus suscitat.

28 Martius 2020

His diebus novi incipiunt videri universalis pestilentiae exitus, sicut fames. Incipimus iam animadvertere posterum. #OremusOmnes pro familiis quae opis indigent et iam ex pestilentia esuriunt.

29 Martius 2020

De innumeris meditamus lugentibus. Quos ipsi ex imo corde comitamus et nihil nocebit nobis si parum lugeamus iisdem lacrimis, quas Dominus effundit pro universo populo suo. #OremusOmnes

30 Martius 2020

#OremusOmnes pro multis qui propugnare non valent et universali pestilentia expavescunt. Dominus concedat eos exoriri ac bono universae communitatis propugnare.

31 Martius 2020

#OremusOmnes pro degentibus sine firmo domicilio hoc tempore, cum domi consistere petimur, ut, quos Ecclesia accipit, iisdem societas subveniat.

1 Aprilis 2020

#OremusOmnies pro operantibus mediis, communicationi, publicis nuntiis, ne populi se tam seclusos percipient, et pro operantibus pueris instituendis: oremus pro omnibus eis, qui nos adiuvant ut hoc tempus necessitudinis toleremus.

2 Aprilis 2020

Hi dies doloris ac maestitiae multas efferunt iniquitates in societate nostra abditas. Petamus a sancta Theresia de Calcutta, ut suscitet in nobis sensum tantorum proximitatis, qui abditi vivere solent, uti mendici sunt sine certo domicilio. #OremusOmnies

3 Aprilis 2020

Est qui iam nunc cogitet de tempore post pestilentiam, de venturis aerumnis, de adjunctis paupertatis, laboris, famis. #OremusOmnies pro iis qui hodie, dum subveniunt, et de crastino die cogitant ad nos omnes adiuvandos.

4 Aprilis 2020

In his dolorosis adjunctis dum a populo quaeritur, ut multas res bonas agat, non desunt tamen etiam proposita, ut quisque pro se, pro commodo suo, utatur occasione. #OremusOmnies, ut Dominus conscientiam rectam, limpidam nobis concedat.

6 Aprilis 2020

In carceribus constipatis pestilentia grave flagellum probabiliter fieri potest. #OremusOmnies pro illis qui praesunt, pro illis qui consilia ineunt, ut viam iustum et ingeniosam inveniant ad sollicitudinem dirimendam.

7 Aprilis 2020

His diebus #Quadragesimae aspeximus persecutionem, quam Iesus passus est, quomodo acriter iudicatus est, licet innocens. #OremusOmnies hodie pro omnibus, qui sententia acrimoniae causa iniusta laborant.

8 Aprilis 2020

Oremus hodie pro iis qui in hoc tempore pestilentiae egenos mercaturas faciunt, ex alterorum praedantur necessitatibus eosque “venundant”. Cor eorum tangat Dominus eosque lucretur. #OremusOmnies

13 Aprilis 2020

#OremusOmnies pro gubernantibus, pro scientiarum peritis, pro politis qui abscessus incipiunt studere ad tempus post universalem pestilentiam pertinentes, quod vero initum iam est, ut viam aptam inveniant, mente semper in gentes, in populos intenta.

14 Aprilis 2020

#OremusOmnies, ut Dominus concedat nobis gratiam mutuae concordiae. In huius temporis angustiis praestet, ut communionem inter nos comperiamus et unitatem quae omnem superat scissionem.

15 Aprilis 2020

#OremusOmnies pro senibus, praesertim qui solitudine laborant vel in valetudinario ad refectionem degunt et metuunt soli mori. Qui radices nostrae sunt: fidem, consuetudines, sensum vinculorum nobis tradiderunt. Oremus, ut Dominus eis assistat.

16 Aprilis 2020

#OremusOmnies etiam pro farmacopolis, qui una cum medicis et infirmorum ministris summopere enituntur in aegrotis adiuvandis, ut e morbo recreentur.

17 Aprilis 2020

#OremusOmnies pro mulieribus praegnantibus, quae, cum matres facturae sint, requirunt: "In quo mundo vivet filius meus?". Dominus confirmet eas iisdemque concedat fiduciam alium profecto futurum esse mundum, quem autem Dominus semper maxime admodum amabit.

18 Aprilis 2020

Vertamus mentes arduum ad opus eorum, infirmorum ministrorum scilicet medicorumque, qui de salute provident secus habilium viro coronario aegrotantium. #OremusOmnies pro omnibus qui suetis viribus carent et pro illis qui iisdem cavent.

20 Aprilis 2020

#OremusOmnies pro viris mulieribusque ad rem publicam vocatis, quae caritatis alta est species. Oremus pro rei publicae factionibus diversarum nationum, ut in hoc universalis pestilentiae tempore bonum commune, non bonum sui, una conquirant.

21 Aprilis 2020

In hoc tempore multum est silentium. Aliquid novi in consuetudinibus nostris, hoc silentium doceat nos audire, crescere promptos ad audiendum. #OremusOmnies pro hoc.

22 Aprilis 2020

In hoc tempore magnae necessariae concordiae inter nos, oremus pro Europa, ut fraterna concordia a patribus Communitatis Europaeae fundatoribus exoptata uti valeat. #OremusOmnies

TWEET 2

Cum in peccato vivimus, tamquam "vespertilioes humani" sumus, qui tantum nocte moveri valent. Expeditius est nobis in tenebris vivere, cum lux nobis ostendat quae nolumus videre. Oculi tamen ita tenebris assuescunt et quae sit lux agnoscere amplius non valent.

23 Aprilis 2020

Indigent familiae et, cum nec exercere possint laborem nec habeant escam, parvis, quae ipsis supersunt, bonis a feneratoribus exscoliantur. #OremusOmnies pro harum familiarum dignitate et pro iisdem feneratoribus, ut, quorum Dominus temptavit cor, mentem suam ipsi immutent.

24 Aprilis 2020

#OremusOmnies pro docentibus, qui multum impendunt in aulis interretis aliorumque mediorum ope

habendis, sicut et pro alumnis, qui magistris opus erit respondeant in examinibus, quibus minime consuescant. Subveniamus eis oratione.

25 Aprilis 2020

#OremusOmnes pro illis qui funera apparant. Dolendissimum est, tristissimum quod agunt, dum huius pestilentiae tam prope percipiunt dolorem. Oremus pro eis.

TWEET 2

Celebrat hodie Ecclesia sanctum Marcum, unum ex quattuor evangelistis, primum Evangelii scriptorem, qui demisso usus est sermone. Si parumper hodie animo vacatis, id legite. Delectat legere genuinitatem, qua Marcus vitam exponit Domini.

26 Aprilis 2020

#OremusOmnes pro omnibus maestitiam ferentibus propter solitudinem vel propter ignorantiam futuri fati vel quia familiae cavere nequeunt carentes labore. Oremus pro eis hodie.

27 Aprilis 2020

#OremusOmnes pro artificibus, qui maioris pollent ingenii et per pulchritudinem viam persequendam nobis ostendunt. Dominus omnibus nobis gratiam ingenii concedat in hoc tempore.

28 Aprilis 2020

In hoc tempore, incipientibus constitutis ad excedendum medicum secessum, oremus Dominum, qui concedat nobis omnibus gratiam prudentiae et oboedientiae normis, ne pestilentia recurrat.

#OremusOmnes

29 Aprilis 2020

In die sanctae Catharinae Senensis, Ecclesiae doctoris, Europae Patronae, #OremusOmnes pro Unionis Europaea concordia, ut omnes uti fratres coniuncti procedere valeamus.

30 Aprilis 2020

#OremusOmnes hodie pro defunctis, qui mortui sunt propter pestilentiam, praesertim pro defunctis “sine nomine”.

1 Maius 2020

Festum hodie est sancti Iosephi opificis et Dies opificum quoque. #OremusOmnes pro opificibus, ut nemini desit opus omnesque iuste remunerentur ac dignitate negotii et otii pulchritudine possint gaudere.

2 Maius 2020

#OremusOmnes pro rei publicae moderatoribus, quibus munus incumbit eorum populos curae habendi, ut Dominus corroboret eos et intellegant se in tempestatibus pro bono populi necessario coniungi et concordiam praepollere conflictui.

3 Maius 2020

#OremusOmnes pro innumeris pastoribus qui vitam pro fidelibus tradunt. Mentem flectimus ad sacerdotes

et alios pastores de bono populi sollicitos: medicos. Horum pastorum presbyterorum et pastorum medicorum exemplum adiuvet nos, ut ad populum Dei fidelem intendamus curam.

TWEET 2

#OremusOmnes hodie pro #vocationibus, exposcente a Domino donum bonorum operariorum Regni eius, quorum corda et manus eiusdem amori sint promptae.

4 Maius 2020

In hoc tempore pestilentiae familia multa nova facere conatur, omne adhibens ingenium ad procedendum. Quoadquoque autem vis domestica etiam appareat. #OremusOmnes pro familiis, ut spatium ad valetudinem spectandam ingeniose ac patienter prosequantur in pace.

5 Maius 2020

Oremus hodie pro defunctis, qui mortui sunt propter pestilentiam. Mortui sunt soli, sine carorum blanditiis, multi nec habuerunt quidem exsequias. Dominus accipiat eos in gloria. #OremusOmnes

6 Maius 2020

#OremusOmnes pro viris mulieribusque, qui cum communicationis mediis exercent laborem. In hoc tempore pestilentiae magna sunt discrimina multumque est labor. Dominus adiuvet eos in hoc opere veritatis tradendae.

7 Maius 2020

A Domino exoscere velim, ut artifices benedicat, quorum meritis quid pulchrum sit intellegimus. Carente pulchritudine, idem intellegi nequit Evangelium. Oremus denuo pro artificibus. #OremusOmnes

8 Maius 2020

Celebratur hodie Dies mundialis Crucis Rubrae et Semiformis Lunae Rubrae. #OremusOmnes pro illis qui laborem exercent istis in promerentibus institutis: Dominus benedictionem suam largiatur operaee eorum valde beneficieni.

9 Maius 2020

In die commemorationis sanctae Aloisiae de Marillac #oremusomnes pro Sororibus Sancti Vincentii, quae fere a saeculo hic adlaborant, in Domo Sanctae Marthae, et valetudinarium administrant.

11 Maius 2020

His diebus complures homines opus amiserunt. Oremus pro fratribus sororibusque opere parentibus et hanc ob causam patientibus. #OremusOmnes

12 Maius 2020

Valetudinariis hodie dicatur dies, quibus officium plus est quam opus quoddam, est quidem vocatio et dicatio. Hoc pestilentiae tempore praeclarum illi praebuerunt exemplum, vitam etiam nonnulli tradentes. Oremus pro utriusque sexus valetudinariis. #OremusOmnes

15 Maius 2020

Dies mundialis est hodie #familiae: oremus pro familiis, ut in ipsis crescat Domini Spiritus, amor, observantia, libertas. #OremusOmnes

16 Maius 2020

Oremus hodie pro illis qui de sepeliendis defunctis in hac pestilentia adhibent curam, periclitantes quoque propter contagionem. Defunctos sepelire unum est ex operibus misericordiae. #OremusOmnes

17 Maius 2020

#OremusOmnes hodie pro illis qui valetudinaria viasque emundant gli ospedali, qui exceptoria purgamentorum vacuant, qui domus appetunt ad purgamenta ad iactus tollendos: labor est a nullo inspectus, sed pernecessarius vitae. Benedicat eos Dominus.